

J.K.  
124  
36

II i  
648

De Johanne Apostolo et Evangelista

Q.D.B.V.  
**QVAEDAM**  
DE  
**JOHANNE**  
**BAPTISTA**  
MOMENTA  
ACTV  
QUODAM  
**ORATORIO-POETICO**  
IN  
**GYMNASIO MERSEBURGENSI**  
A O. R. MDCCXXVI. DIE XX. JVNII  
HORA II. POMERIDIANA  
PVBLICE EXPENDENTVR,  
AD QVOD  
SVMMOS DICTI ATHENÆI INSPECTORES,  
PATRONOS ATQUE FAVTORES,  
QVO DECECT,  
CVLTV ET RITV  
INVITAT  
ERDMANN VHSE, RECTOR.

39





Acro in Codice duo clarent IOHANNES, quorum alter BA-  
PTISTA (vt à sacra sequentibus recepta adhibeam vocabu-  
la,) alter EVANGELISTA audit atque APOSTOLVS. Ad  
posteriorem quod attinet, contigere ei parentes Alphæus  
sive Zebedæus & Salome, fraterque Jacobus Major ætate i-  
psum antecedens & ab Herode occisus. Ex illustri nobiliq; familia natales ejus  
repetit S. Hieronymus Epitaph. Marcelli p.119. T. i. quod vero ad cymbam pescatori-  
am, in qua pater illum educaverat, minus quadrare videtur. Ad Apostolatum  
vocatus à ministerii quasi tonantis & fulminantis effectu, ipse cum fratre Ja-  
cobo vocati sunt Boanerges, quod tonitu notat filios: vnde etiam veteribus  
passim Iohannes Ἀπόστολος & Ἐπίσκοπος cluet. Antequam ad mundi accederet Scir-  
torem, iam per aliquod temporis spatium Iohannis Baptista videtur fuisse di-  
scipulus, alias Apostolis reliquis, vt constans fert antiquorum sententia, ætatis  
annis inferior. Christo præ ceteris dilectus accumbebat in sinu eius, cuius  
inde amicus fuit admissionis intimæ, cui quoque Iesu moriturus, ceu filio,  
matrem suam commendavit. Ob doctrinæ de Christo, sermone Dei Patris,  
sublimitatem, etiam Theologum eum fuisse nuncupatum, Apocalypses ostendit inscriptio.  
Calibemne, vii quidem cum multis aliis Hieronymo, Epiphano,  
& in primis Ambroso Comm: in 2. Cor: ii. T. 5. vitum; duxerit vitam, an potius  
matrimonio fuerit innexus, quod ex 1. Cor. IX, 5. colligunt alii, Bonaventura ipso  
perhibente, Iohannem in nuptiis Canæ Galileæ celebratis fuisse sponsum, pro-  
lixiorem vix meretur quæstionem. In Provinciarum orbis per Apostolos in-  
stituta sortitione ei obrigisse Asiam ex Origene memorat Eusebius L. 3. c. 1. vbi  
etiam, præfertim Ephesi, munera tui partes summa cura & diligentia Apollo-  
lica adimplevit. Hostium suorum calumniis apud Asiae præfitem delatum,  
in vincula coniectum, Romam missum, ibidem à Cæsare Domitianus, cauâ  
nondum excussâ, ad oleum fervens damnatum, ex eodem vero puriore  
& vegetiorem, quam intravit, exivisse, ex Tertulliano Hieronymus adversus lori-  
gianum lib. i. exponit. Iohannes Marius Crescimbenus in Historia Templi S. Iohanni-  
nis ante Portam Latinam, ad Clementem XI. Pont. Max. lingua Italica scripta  
annoque 1716. Roma vulgata, Lib. i. cap. 4. p. 39. disquirit, num Iohannes sup-  
plicium modo nominatum Romæ an Ephesi potius sustinuerit, ad quam po-  
steriorem opinionem Abdia Babylonii & quorundam ita dictorum Passionia-  
riorum inclinant sententiæ; at Crescimbenus, ob n. b. Abdia nulli non no-  
tam, Pseudo-Prochorum tanquam certiorem ducem & post hunc Tertullia-  
num, Hieronymum, Adonem, Uſuardum, Baronium tanquam à fabularum con-  
tagio, (vt quidem dictus autor putat) omnino puros secutus, Romam elegit.  
C. 6. ipsum afflictionis locum perquirit, & adversus multorum de eo concer-  
tationes statuit, martyrii locum, sub Cœliolo parte montis Cœlii ante portam Lat-  
inam certo querendum esse Atq; id ipsum divino contigisse fato putat, cum enim  
in monte Cœlio extaret conspicua Diana ædes, cuius apud Ephesios templum  
Iohannes destruxerat, Domitianum consulto statuisse putat, vt Apostolus in  
illius

illius Deæ conspectu cruciatus ferret, quam tanto alibi affecisset damno; quasi  
 vero illa Ephesina destructio certa, aut non integrum Apostolo fuerit, eadem  
 arte, qua Ephesi fuerat vsus, Dianam Romæ cultam subvertere. Cap. 8. dispu-  
 tat, intra an extra Romanam Sanctus Evangelista fuerit coetus, & præeuntibus  
 Nardino, Vacca, Minutolo, id extra portam esse factum adstruit, sed iuxta mo-  
 net, portam, eo quo Johannes astuabat tempore, non Latinam sed Capenam  
 esse dictam. Cap. 9. vaſ illud explorat, quod elixationi Johannea adhibitum  
 fuit doliique loco solium substituendum esse censet. Cap. 10. capillos Evange-  
 listæ reſectos ideo putat, quod Domitianus artem sub iis magicam latere fu-  
 spicaretur. Post feliciter superatum illud in oleo igneo discriminem Româ Iohannes  
 in Insulam, Pathmos dictam, sive à Domitiano, vti Enschius, sive à Nerva,  
 vti Tertullianus, sive à Trajano, vti Theophylactus referunt, relegatus, ad metallia  
 scilicet, vti norat Victorinus, damnatus, ac ex ea etiam liberatus est. Interfecto  
 nimis Domitiano redit Ephesum Ann. Chr. XCVII vbi vt & in regionibus  
 vicinis reliquo vita transacto An. Chr. C. Trajani III, iuxta Enschium & Hiero-  
 genium, anno uno aut altero centenario maior, (quamvis Chrysostomus & Do-  
 rotheus An. 120, cum obiisse dicant) quod mortale habebat, posuit. Morteni  
 illum non gustaturum, donec iterum Dominus iudicatus veniat, falso & in-  
 epte quidam olim ex Joh XXI. 22. collegunt, cum ibidem Christus, vti quo-  
 que Cyrilus Cap. 66. docet, nil aliud innuere voluerit, quam curiosum nimis  
 esse Petrum, in aliorum fata inquirentem; neque ad illum pertinere vel scire,  
 vel curare, quousque dilectos suos velit vivere Dominus, quoniam tempora  
 & opportunitates eorum Pater in sua posuerit potestate. De Iohanniis morte  
 sequentia prodidit Nicophorus Hist. Eccles Lib II, c. 42. hisce verbis: Cum Iohannes  
 dudum transitionem suam ad Deum, die inque Et horam ejus prævidisset, presbyteris  
 ministrisque ecclesia & præterea quicunque flagrantí essent fide, fratribus assumpis,  
 extra Ephesorum urbem progrederitur, Et cum eis in vicinum quandam tumulum, quo  
 frequenter ire precationi operam datus solebat, conseruavit, ibi vehementius orans ec-  
 clesiastis Deo commendat; mox sarculis quibusdam & lagonibus celeriter sepulchrum  
 sibi fodit precipit: deinde eos, qui tum aderant, arcanis deo verbis & preceptis o-  
 pinis de fide, spe & potissimum dilectione (quippe dilectus ipse) erudit, & corda co-  
 rum confirmans, Servatori verbo commendat. Postremoque illis in Domino salvere-  
 & valere iussis, ubi se crucis signo communisset, in monumentum descendit, opercu-  
 lumque ei imponere, & id firmius communire, denique reverti eos postea sepulchrum  
 aperire, diligenterque perspicere mandat. Hoc modo, cum ille, ut vestibus sepulchra-  
 libus amictus erat, in fossam descendisset, seque ad obitum composuisset, statim eo, que  
 iussis debetur, sopitur somno. Et paulo post addit Nicophorus: porro die sequenti  
 quibus id commissum fuerat, ita ut preceptum acceperant, ad monumentum venerunt,  
 operculoque eius avulso, nihil ibi aliud quam sepulchralia linta repererunt. Eiusdem  
 fursus fabula est, quam Augustinus habet Tract. 12. 4. in Joh. c. 21 Tom. 9. editio-  
 nis Parisiensis, vbi scribit: Qui non credit, Iohannem esse mortuum, afferat illum ve-  
 vere, atque in illo sepulchro ejus, quod est apud Ephesum, dormire cum potius quam  
 mortuum jacere contendat. Affutat in argumentum, quod illic terra sensim scattet,  
 &

¶ quasi chullire perhibetur, atque hoc eius anhelitu fieri sive constanter sive pertinaciter affereret. Fuisse vero Augustinum ipsum huic sententiae addictum, patet ex verbis sequentibus, quando inquit: *Huic opinioni supervacaneum puto relatari.* Viderint enim, qui locum sciunt, utrum hoc ibi faciat vel patiatur terra, quod dicitur, quia ¶ revera non à levibus hominibus id audiuitus. Interim cedamus Opinioni, quam certis documentis refellere non valens. Hæc de S. Iohannis morte afferunt & Nicephorus & Augustinus; illius quidem commentum refutatione non indiget, quippe quod nulla Patrum auctoritate confirmatur, & Augustinus I.c. iam suo tempore fatetur, traditionem hanc ex scripturis apocryphis fuisse desumitam; huius vero *Toletus Com.*, in *tob. p. 575.* Hippolyto adscribit, quia eius in oratione de consummatione mundi ¶ *Antichristo ac secundo Domini adventu* meminerit. Sed ab eruditis iam dudum evictum est, hunc fætum non esse Hippolyti. Quisquilius tricasque & quicquid vilius istis, exaudire quem non piget, de Iohannis reliquis percipiat ista: In monasterio quodam insulæ Pathmos, teste *Bethonio Observ.* L. 2. c. 11. hodieque asservatur cadaveris cuiusdam manus, cui ungues recte subinde succrescunt, quam Graeci D. Iohannis manum esse afferunt, qua Apocalypsim conscripsent. Supra allegatus *Crescimbenus* memorati Scripti Libro 2. Cap 9. in scenari producit *Dotum* è Sacello S. Iohannis; *Catman* è Templo ad Portam Latinam; *Amphullam Manna* è sepulchro manantis; *Tunicam*, quam insigni cura sibi comparavit Gregorius M. Et hæc de Iohanne scripta sunt *EVANGELIST*; de Iohanne BAPTISTA, cuius festum annuum proxime infat, publice dicent nonnulli fidei meæ creditorum, iisque notæ optimæ, & quidem de memorati Sancti acturus est.

*Dignitate ac Laudibus Günther Adam Perlitz* / Merseburgensis, Prologi simul partes tueri conaturus.

*Alio Orte Johann Heinrich Wenzel*, Seyda-Misnicus.

*Vita in deserto Johann Christian Wille/Krumpa-Misnicus.*

*Cibo in solitudine Gottlieb Hoppe*, Strele-Silesius, rhythmis germanicis.

*Vestibus Johann Friedrich Alpfel*, Martisburgensis, elegis latinis.


*Modo concionandi Heinrich Gebhard Sturm*, Schkeuditio-Misnicus.

*Careere & Suppicio Johann Christoph Reinhardt*, Schkeuditensis.

*Reliquijs Johann Heinrich Fochtmann*, Merseburgensis, Epilogi simul munus sustenturus.

E quibus oratoribus novellis *Wenzel/Hoppe & Reinhardt*, dictis dicendis ludo nostro ultimum dicent vale, in Academiam abituri, quorum ceptis honestissimi sumnum Numen benignissime annuat. Nullus plane dubito, quin adsuturi sint Patroni & Fautores, gratiosa benevolaque sua auscultatio-

ne Iuvenibus peroraturis addentes calcar, meumque cum illorum novis beneficiorum specimenibus obstringentes animum.



MO.

II i  
648

De Johanne Apostolo et Evangelista

Q. D. B. V.

QVAEDAM  
DE  
**JANNE**  
**APTISTA**  
**MENTA**  
**ACTV**  
QVODAM  
**ORIO-POETICO**

IN  
**SIO MERSEBURGENSI**  
MDCCXXVI. DIE XX. JVNII

*RA II. POMERIDIANA*  
UBLICE EXPENDENTVR,

AD QVOD

CTI ATHENÆI INSPECTORES,  
NOS ATQUE FAVTORES,

*QVO DECEIT,*  
CVLTV ET RITV

INVITAT

MANN VHSE, RECTOR.

39.

